Demkowicz, vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, exnunc recessu suprascripto, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat. praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, adquietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Termino Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis, Exemptionibus suspensionibus, fataliis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski alteri obligat

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesen

Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Nobilis Paulus Baczynski Kortowicz sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, seseque Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, videlicet Unum sulcum agri in sorte Ichnatowizna incipiendo od lasu, usq do drogi Podziurolo dicta se se in Longitudinem protendentem, in Bonis Villa Baczyna, Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacens et consistens; cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate tituloque Obligatorio, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem sortis praefatae Utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii, proprietatis, ac cuiusvis competentiae et praerogativae, pro se Recognoscente, suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late longe, circumferentialiterque prout eadem Bona sortis praefatae ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant, ac eidem Legitime serviebant; Iam ex nunc et de facto Nobili Stephano Baczynski Demkowicz, eiusque Posteris, in Summa Viginti Florenorum Polonica[li] cur[rentis] pe-

755

1828

se Recognoscentem levata et percepta, de qua praedictis ... fibus quietatur, hinc et ab Anno praesenti ad diem et festum (Conversionis Sancti Pauli Apostoli) Apostolorum Anno) in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo secundo proxime et immediate venturi Viginti et in defectu pro tunc eorundem Bonorum saepius memoratae exemptionis, summamque memoratam Viginti Florenorum Polonicalium totaliter et integre realis persolutionis exstitit de Anno ad Annum festo ad festum pro simili die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli se se determinatis Annis et festis se se continue et immediate sequentibus, usque ad exemptionem Bonorum eorundem summamque memoratam totaliter et integre realem et effectualem persolutionem obligavit, inscripsit et invadiavit prout obligat, inscribit, et invadiat praesentibus. In quae quidem Bona saepius memorata praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata eam ex nunc et de facto idem Recognoscens Nobili Pauli Baczynski Kotkowicz, praefato Nobili Archario Baczynski Dembowicz obligatario suo, eiusque Posteris, Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque Possessionem, per Ministerialem quemcunque competentem, et Nobiles duos, Die quacunque voluerit officiose acceptandam, per ipsum Obligatarium suum ipsiusque Posteros haec eadem Bona praemissaque omnia praesentibus invadiata cum Universis eorundem utilitatibus et usufructibus attinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos, haeredumque successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi modo ac Iure obli-

gatorio. Debetque et tenebitur memoratus Recognoscens
Nobilis Paulus Baczynski Kotlowicz, prout se ac sua
Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus,
Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis
eidem supradescripto Nobili Athanasio Baczynski
Demkowicz obligatario suo, inscribit et obligat
praesentibus, ipsum et eius Successores in dictis Bonis
praemissisque omnibus praesentibus per se Recognoscente
inuadiatis et ratione eorundem omnium, ab omni et
qualis impetitione iuridica quarumcunque Perso-
narum, cuiuscunque Conditionis, Status et sexus quius-
libet existentium exoriunda, in omni Iudicio et Officio
Regni semper toties, quoties opus fuerit tueri, de-
fendere, evincere, intercedere et eliberare indemnesque
cum posteris reddere, nec non haec eadem Bona, prae-
missaque omnia praesentibus per se Recognoscente obli-
gata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et
Inscriptionibus prioribus et posterioribus super prae-
missa omnia modo quovis cuicunque Personarum fa-
ctis et faciendis, tum etiam a quibusvis citationi-
bus super eadem Bona suprascripta modoquocunque
importatis et importandis. Lucris denique et Perlucris
Processibusque Iuris quibusvis in quocunque puncto et
gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et
Officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis
omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis
emundare et eliberare, mundaque et libera semper
facere, ac etiam Intromissionem coram Officio praesenti
admissam in fundo Bonorum eorundem praesentibus inua-
diatorum, dum per Ministerialem competentem et

E praefatum

1830 Nobiles duas officiose requireretur non denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem per usum fructum premissorum omnium presentibus inuadiatorum quouis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum, et illius Posteros in premissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem Bona, premissaque omnia praesentibus inuadiata, idem obligatarius suus cum suis Posteris quiete, et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore tenere, habere, et possidere queat illisque uti frui possit, usque ad exemptionem Bonorum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectivam persolutionem sub eo Vadio similis summae Viginti Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem, Nobilem Paulum Baczynski Kotlowicz, siue eius successores supraescripto Nobili Stephano Baczynski Dembowicz Obligatario, ipsiusque successoribus ob non completionem premissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo, Pro quo quidem Vadio modo premisso ad soluendum succumpto ac pro re aliqua principali ex premissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski Kotlowicz siue eius successores, ad instantiam supraescripti Nobilis Stephani Baczynski Dembowicz Obligatarii sui, Vel eius Posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, extra ordinem sub supraescripto quoad respondendum spectat mediante, semper in.

primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium praefatum Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad ea omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro Maiori Minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus, fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zielinska Korczewskie quietat

795

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosa Constantia Zielinska Generosi olim Ioannis Skalski Consors legitima, derelicta vidua, sana mente et Corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus